

Triumphus
Papirij Cur-
soris de Sa-
mnitiibus.

22 Anno ab hinc 103. V. C. 460. triumphus alter L. Papirij Cursoris de Samnitiibus. Coltz in *Fastis*, pag. 74. De illo Româ ab hostibus attritâ, dicit Turfell. ann. præfat. à Q. Fab. Maximo Rulliano, inimico, in Dictatorem electum. Ita florebat virtute, & constantiâ disciplinæ militaris; ut interdico quavis occasione in absentia suâ certamine, vel exploratâ victoriâ; interfici juberet Magistrum equitum, qui contra fecerat, etiam victoriâ partâ, quandiû Romanam progressus, in augurium felix, quoniam pullorum despexerat omen. Vide diem 2. n. 4. & 18. n. 16.) Cornel. Nepos, de

Severus &
lenis.

Viris illustr. n. 31. Comis etiam fuit, nec gladio correxit, quod formidine potuit; ut contigit, dum Præneste increpuit Prætorem, dicentisque lictori: *Expedi securis: & expedisset, attonito Prætore, morte imminente; Excide, inquit, radicem istam ambulantiibus incommodam.* Ibid. & Plin. 17. cap. 11. Liv. 9. scët. 53. & Lips. 2. Epist. 3. Egit (ait Valer. Maxim. 7. cap. 2. n. 5.) virum severum, Consulem religiosum, imperatorem strenuum; timoris modum, pœna genus, spei viam uno mentis impetu capiendo. Tertius triumphus ei contigit & gloriosior, quippe expugnata Luceria Samnitum, extitit ultor ignominia ab illis inflicta Romanis ad furcas Caudinas, de quo vide d. 27. n. 12. In hoc ergo triumpho, prius deposito pignore cum Magistro equitum C. Junio, uter prior hostium cornu impelleret, apparentibus Samnitibus aureis clypeis & argenteis; splendor acuit Romanorum fortitudinem; quæ scuta magnifica Papirij Dictatoris primum triumphum illustrarunt; deinde ad exornandum forum adducta sunt. Liv. quo dudum. & lib. 10. à scët. 115. refert cladem Samnitum, ex quibus major exercitus pars, emissio ad aras juramento, non nisi victores è prælio redituros, convenerunt ad Aquiloniam, & inito Marte, multis millibus cæsis, hostes fugerunt in Aquiloniam, quæ incendio ab exercitu victore flagravat. Idem *ibid.* scët. 132.

Facta illu-
strata.

23 Eodem die post ann. 56. etiam triumphus L. Cornel. Lentuli. Goltz. in *Fasti*. pag. 97. & Reusner. in *Diar.* De Liguriibus habitus, *Idibus intercalariibus*; quo constat, quàm antiquatum Mense Februarii annum intercalari. de quo inter Romanos, die 22. n. 9. Factus est Consul cum Q. Fulvio Flacco, qui ex Liguria, tumultu ibi à Gallis excitato, & vicissim, conversis in se gladijs, extincto, transferunt in Galliam Cisalpinam. In itinere à Collega Lentuli primò malè, amissis è suis tribus millibus, & quin-

Triumphus
L. Corn. Len-
tuli.

gentis, pugnatum est. Accurrit Lentulus, sed Fulvius pudore percitus prævertit auxilia, & copijs instructis, quatuordecim millia in acie cæsit, duo millia in servitute reduxit; sed propter primam cladem non triumphavit. Lentulus potitus est triumphu fructu, quia hostes deleti, salvo tradito milite. Polyb. 2. At Zonaras junctis copijs, asserit, hos Consules in Gallia res gessisse feliciter; sed prædæ cupiditate distractis, cuncta malè celsisse: ita quod ferè nihil abtulerit, ut castra Iulvi à Gallis caperentur. Apud Livium de his Coss. nec in Epitome verbum.

24 Inter Atticos juxta Meurf. in *Popul. sacra Praxierygida*, quam Dianam vocat Plutarch. in *Alcibiad.* qui signat, die 26. April. Ibid. *Orgia Praxierygidis* dicebantur *Adonia Athenarum*, & titulo alio, *Plynteria*; de quibus die *cit.* *Praxierygida Orgia* (inquit Gyrald. *Syn- tagm.* 1. n. 74.) antiqui mense Februarii peragebant arcano ritu, dejecto prorsus universo templi ornatu, & simulacro oblecto. In Thargelione fiebant eodem die *Cereri Plynteria*, & *Praxierygidi denuò Orgia*, ut ait Rhodig. 14. cap. 9. hac verò die duntaxat huic *Orgia*, quæ semper infausa, ut contigit Alcibiadi, Athenas post damnationem quasi triumpho redeunt. Cum *Adonia* in eos dies incidissent Athenis; simulacra ubique similia mortuis, qui esserunt, incurrebant in mulierum oculos, quæ exequias planctibus representabant, & nenas canebant. Buleng. de *Prodig.* cap. 1. Post hujusmodi ritus potissimè foemina transibant in *Orgia*, vagantes thyrifis & cicuribus serpentibus, ligatis crinibus, uti in Bacchi sacris *Orgijs* (signabimus, 6. April.) Horat. 2. *Od.* 19. à v. 1. canit:

In remotis carmina rupibus,
Nodo coërces viperino
Bisonidum sine fraude crimes.

Praxiery-
dis.

Adonia
Athena-
rum, &
Plynteria.

Sacra.

Orgia.

Horat.

Ossa Leoni-
de trans-
lata.

Insigne ejus
monimen-
ti.

25 Apud Spartanos ossa Leonidæ translata Lacedæmonem, ex Thermopylis; ubi ejus monumentum, super quod erat collocata statua leonis. Ubbo Emm. in *Repub. Lacon.* ex Herodoto, 7. n. 55. Fugerunt collocata juxta sepulchrum Pausaniæ, qui ejus mortem exteiminio Persarum ultus acriter ad Plateas. *Procul* (ait de Iuliania, *Æmil. Prob.*) ab eo loco infoderunt, in quo erat mortuus. Inde posterius Dei Delphici responso erutus, in eo loco sepultus, ubi vitam finierat. Juxta hocine monumentum ossa Leonidæ sita: quæ quidem digna honorabili sepulchro, e quidem morti se obtulit, ut à Xerxis copijs liberaret patriam. Ab initio motu belli Spartanis à Pythia redditum erat Ora-

culum; fore, ut aut Sparta everteretur, aut Rex ejus occumberet. Siccine metrum: Pyth. Aut urbs clara dabit, Persa victore ruinam; Aut, si non erit, orindaus ab Hercule quidam Flebitur extinctus Rex Lacedæmonis ora.

Pro patria
occubuit.

Totum describit Paulanias. *Prope, theatrum* (refert, cap. 95.) è candido lapide erectum, insigni valde & spectando opere. Ex adverso theatri est Pausania, qui Platensis prælio Imperator fuit, sepulchrum; & ei proximum Leonidæ.

Ad ejus
sepulchrum
ludi.

Ad ea quotannis in ipsorum laudes orationes habentur, & Ludi fiunt, in quibus est solum certandi locus Lacedæmonijs. Leonidæ quidem ossa quadraginta post ejus cadem annis, è Thermopylis deportata, eo in loco condita sunt: erecta etiam pila est, in qua nomina imisa sunt & paterna. Item nomina eorum, qui ad Thermopylas Persarum impetum sustinuerunt. Non hic Leonidas, Cleonymi filius, tyrannus, de quo Plutarch. in *Agides*; sed filius Anaxandridæ Regis Sparta, cujus in Græciam tot merita; uti obiervat Pausan. cap. 84. & 279. Cædem ejus & virtutem dicemus, 14. Jul. De illo mortuo & Xerxe acciunt Philipp. in *Elo- rileg. Anthol.* 1. cap. 5. Epigram. 19.

Philipp.

Magnum Leonidæ cum inspexit corpus Xerxes, tegebat illud pallio purpureo. Inter mortuos sonitum edidit Sparta magnus heros: Non accipio proditoribus debitum premium: Clypeus mihi sepulchri ornamentum.

DIES XIV. FEBRUAR.

XVI. K.

1 Grad. 24. Solis in Aquario, qui putealis. Dario. In illo qui nati, maximè radiante Venere, corpore pulchri & amabiles, felices, & à Regibus honorandi, sed vitæ brevissimæ. Firmic. Vultur cadens vesperè occidit. Junctin. Kal. Astrolog. Corvus Crater & Anguis oriuntur. Ovid. v. 243. Continuatâ loco tria sidera Corvus & Anguis, Ovid. Et medius Crater inter utrumque jacet. Idibus illa latent: oriuntur nocte sequenti. Hisce de constellationibus agam, 15ag. Jul. à n. 20. & Septembr. à n. 5. Idem de Cratere affirmant Columel. & Ptolom. quo tempore commutatis ventis superat Auster. Influxus hujus Asterismi describuntur à Manil. lib. 5. à v. 237. Irriguos raris campos annisque lacusque, Et te Bacche tuos nubentem jungit ad ulmos. Disponetque jugis imitatus fronde choreas: Adjungit calamis, septemque interserit vuis. Joan. Jovian. Pontan. 3. Uran. idem à Manilio sumpsit: unde canit:

Manil.

Hinc Baccho lati colles flexaque ulmis Pendula textilibus nectunt umbracula vites. Pontan. Hac Crater, quibus affuerit, nascentibus affert. Vir plorans manu se tergens. Sphær. Arab. 2 Cum die septimo retrò lucem publicam vidisset infans ex Jochabed, die octavo circumciditur, & vocatur Joachim, à parentibus; sed in cælo, Melchi, id est, Rex. Philo 1. de *Vit. Moyf.* & Gentian. in *Stromat.* Clement. Alexandr. Anno à Moyfis natiuitate 421. & 5. Præfecturæ Samionis juxta Turfel. & Briet. Philisthai, deipondentes Samionem capi posse, eito tummè in illum irati, suis in Satrapijs quiescebant. Ille descendit in Gazam, Philisthinorum Metropolim, & divertit ad meretricis domum. Rab. Abraham in *Cabal. histor.* ex *Judic.* 16. à 1. Cum precrebuisse apud hostes, sanguinis ejus avidos, festiva fama, urbem scilicet, ita fortem, mœnibus validis, intrasse vindicem Israël, ac flagellum Philisthijn; circumdederunt eum in domo, qua erat, & posuerunt custodes vigiles, instructos armis in porta civitatis, ut manè exeuntem occiderent. Portis omnibus diligenter obseratis, ad vincula & necem destinatur ab hostibus, concubiâ nocte, vi fores urbis è cardinibus evulsit, ac repagula ferrea simul & vectes confregit, sicutque impositas humeris per tres leucas cum postibus detulit in cacumen montis, cui adjacet Hebron (Vide Adrichom. in *Simeon*, n. 46. & 67. & Joseph. 5. *Antiq.* cap. 10.) quin ullus ex tot præsentibus resistere auderet, nec vocem emittere; timens ne ipsi foribus allideretur. Ausos in exeuntem affirmat Philo Biblius, maximè cum fractis portarum claustris exire viderent: sed ille pulices appellans, unam (ait) earum tenebat in dextra pro scuto, alteram posuit super scapulas suas: & quoniam non habebat gladium, persequeretur in ea Allophilos, & interfecit in ea viginti quinque millia virorum & levavit omnia quæ erant porta, & posuit ea in monte. A Domino Angeli ministerio expergefatum, cogitat Serar. hic, *quest.* 3. Quia gigas erat (quasi in mole corporis & non in capillis robur inesset) placet Rabbinis, potissimè Talmudicis in *Surab*, cap. 1. supportasse ostia Gazæ. Dicemus, 25. Mart. n. 9.

Pontan.

Moyfes cir-
cumciditur.

Samson
fregit ac su-
stulit por-
tas Gazæ.

Tertia il-
lius de Al-
lophilis vi-
ctoria.

3 Illicò ac audacissimè & impudenter tenorem legis rasit Manasses (ut relatum 25. *Januar.* num. 4.) è tabulis lapideis, immisit Dominus, quamvis iratus prophetas, ut eum ab infania revocarent in frugem, nunas addens, ut saltem terrore recederet, ne post caderet ex quo non posset, quamvis vellet sur-

furgere. Inter Vates ad illum missos fuit Isaias, & etiam Habacuc, juxta Alapid. in Argument. Habac. Manasses quasi ab inferiore pertusus, aspis calcata irruebat in illos omnes, qui phrenesi obstiterant. Exorsus enim à Dei contemptu, in omnes, quotquot erant in Hebrais, justos grassabatur cadibus; ne à prophetis quidem cruentas manus abstinens: nam & ex eorum numero per singulos dies aliquem afficiebat supplicio; ita ut Jerosolyma inundaretur sanguinibus. His tam nefarijs facinoribus concitatus Deus ad iracundiam, mittebat unum post alium prophetam ad Regem. Joseph. 10. Antiq. cap. 4. Sed quid inde? Fecit abominaciones, super cuncta quae fecerant Amorrhæi ante eum. 4. Reg. 21. 11. Construxit aras Baalim, & fecit lucos, & adoravit omnem militiam caeli: edificavit quoque altaria in domo Domini, & transire fecit filios suos per ignem. 2. Paralip. 33. à 3. Tot in templo horribilia patravit, quot nepoti Josiae negotij in exitium facerent. Referuntur ubi supra cap. 23. à 4. Videtis demeritæ ejus idoli dedicationem die seq. n. 3.

4. Hac in die celebrabatur inter Hebræos festum Phurim; id est, Sortium, sed festum Minus. Genebr. & Leonard. Mar. in Kalend. Hebr. & Judaic. Dicitur Sortium, allusione illarum, quas ex urna sub Assuero eduxit Aman in Judæorum exterminium, & direptionem bonorum. Unde cum in hujusmodi facinus hinc die signaretur à sortibus, & post suspendium ejus, idem destinatus fuisset in ultionem hostium, ut constat, Esch. 8. 12. & 9. 1. Dies Sortium vocatus est; quippequàm inversa fors, converso dolore in caput insidiantium, patientium merito, quod cogitaverant facere; sævientibus Judæis impunè in ministros Aman ore gladioque, eodem ipso die quo ipsis imminerebat exitium. Joseph. 11. Antiq. tam dies præfens, quam sequens dicitur festum Diei Mardochei, à Kal. Hebr. & licet unus tantum signetur, 2. Machab. 15. 37. non intelligendum pro die, sed pro festo, duos dies continente; siquidem institutum una de re, & unam ob causam; ut observat Serar. in Esch. 10. quæstion. 3.

5. Ultio facta per Judæos die 13. etenim ita signata ut vidimus, in qua ex inimicis occiderunt septuaginta quinque millia. Dies autem tertiusdecimus apud omnes interfektionis fuit, & quartadecima die cadere desierunt. Esch. 9. à 16. Multa contra occurrunt. Primum, quod dies destinatus ultioni, fuit idem, quem exitio suis ministris juxta sortem præstituerat Aman; 13. scilicet,

Februarij, (cap. 3. 7.) ita ut die 14. opus jam actum. Quomodo ergo, cap. 13. 6. dicitur: Nullus eorum misereatur quartadecima die mensis duodecimi. Deinde: tertiadecima die præfati mensis in Sufis, interfecere Judæi quingentos viros, extra decem filios Aman: 9. 6. Unde igitur verum, si ante hunc diem, nimirum, 23. Maij, uti dicitur, cap. 16. 18. dum pro libertate Judæorum expeditæ litteræ (dicimus ibid. n. 7.) filij Aman cum patre ante portas urbis pependerunt in patibulis? Omnis cognatio ejus & ipse. Ibid. Præterea: Quomodo cum Aman omnis cognatio ejus, si die 13. Februarij (ultimi mensis anni apud Hebræos) novem post suspendium mensibus, interfecit dicuntur, qui cum patre in patibulis fixi? Denique, si Susæ Assuero Regia, ac Metropolis Peridis, cur ita exiguo numero de medio sublata, ut duntaxat quingenti cum filijs decem Aman, fuerint interempti?

6. Brevi ac genuinè ab hujusmodi objectionibus expeditur. Quingenti viri haud fuere connotatione interfectorum Sufis: plures profecto jugulo dati; sed respectu cognatorum Aman, vel amicitia sibi conjunctorum vel certocertius ex genere Amalec, ut refert Chaldaus: inde Susæ evocavit ut fidentiores, & in obsequia promptiores, ad quodvis propositum: maximè si Macedoniæ tradere instruebat regnum Persarum, & consors fuit insidiarum eunuchorum, quorum prodicionem indicavit Mardocheus; uti referendum die 20. n. 6. & 17. Mart. n. 9. Unde Sufis in hostes debacchantibus Judæis, multi gladio corruerunt; sed de cognatis, amicis, fautoribus, consiliarijs, vel patricolis Aman, quingenti numero interfecit sunt, & etiam decem filij Aman.

7. Hi verò minimè fuere qui cum patre crucibus affixi, sed alij; quod clarè constat, 9. 12. ubi, post numerum interfectorum Sufis, exhibitum Regi; dicitur: In urbe Susan interfecerunt Judæi quingentos viros, & alios decem filios Aman. Si alij, jam non ijdem cum patre penfiles. Haud obstat quòd cum Aman dicatur (ut vidimus) ipse & omnis cognatio ejus pendet in patibulis: tum quia ibi tò Cognatio, intelligendum de filijs primariae uxoris, haud de cætera prole ex concubinis, quæ plures apud Persas: tum quia cum essent ex Amano plures filij, ut ipse gloriatur, cap. 5. 11. de filiorum turba; vel fugerunt in casu patris extra Susas, ne illo etiam involuti cum alijs caderent; vel tunc non cogniti uti prognati ab Aman; sed post octo aut novem menses agniti, cum alijs cognatis interfecit sunt die 13. & postu-

Antilogia.

Manasses impius sacrilegus & sanguinolentus.

Plurimum sive Sortium festum minus.

Dies Mardochei.

stulati ad crucem ab Esthere, die 14. Die itaque tertiadecima in hostes populi Judaici sævitum est, eis reddentibus Hebræis, quod sibi paraverant facere; & etiam numerus Sufis interemptorum delatus ad Assuero, ostensulque Esther; quæ quidem nec ita quievit: igitur Regi dixit: Si Regi placet, deur potestas Judæis, ut sicut fecerunt hodie in Susan; sic & eras faciant, & decem filij Aman in patibulis suspendantur: 9. 13. Id est, decem filij Aman superstites pridie necati. Nec enim morte, satis poenarum dederat scelerata Aman progenies; unde restabat infamia, crucis ignominia contrahenda; & detrucatio nonnullorum qui cum Amano convenerant in Judæorum exterminium; ex quibus hac in die neci dediti & dati trecenti viri. Ibid. à v. 14. Comestor, cap. 1. Adrichom. in Chron. & Joseph. 11. Antiq. cap. 6. Numerus ergo, ut diximus, interfectorum fuit 75000. verum non in Perside; sed in cunctis provincijs, quæ sub Assuero; inter quas etiam numeratur Judæa, ubi Serario alijsque placet, multa millia neci data, potissimè ex Cuthais & Idumais.

9. Tertiadecima sanè die cunctis provincijs carnificina decreta & executionem fortita; sed Sufis in reliquiæ inimicorum penitis delerentur, etiam cadibus concessa dies 14. cap. 9. 14. Quare dum dicitur, quod ab Aman in exitium Judæorum destinata etiam fuerit dies 14. intelligendum est, ut in una die ita pereant, quod sequenti nullus superstites appareat: Cum conjugibus ac liberis deleantur ab inimicis suis, nullusque eorum miseretur quartadecima die: 9. à 6. Hoc est, nullus inimicorum misereri possit die 14. quia ita delendi die 13. ut sequenti nullus sit, cui possit misereri. Eodem sensu de vindicibus dicitur, 9. 17. Dies tertiusdecimus apud omnes interfektionis fuit, & quartadecima die cadere desierunt: equidem, nisi Sufis (quò reliquiæ adhuc manebant) die 14. nullus inimicorum restabat. Unde extra Susas hac in die coeperunt inter Judæos mutua convivium: in Regia verò propter cædes, postridiè; uti videbimus, num. 5. ex Esch. ibid. à v. 18. An licitè fecissent Judæi, & Assuero, & quo jure passus est tot è subditis perire; videtis apud Sanctum hic à n. 13. A Deo movente asserit Serarius, quæst. 28. qua de causa in hostium vitam, haud in bona (licet illis concessa, cap. 8. 11.) irruerunt. Ita ille, qui ibid. ad antilogiam de filijs Aman, astruit, à suspendio patris servatos fuisse in carcere usque in præsentem articulum. Seder-Olam, cap. 29. refert, quingentos viros Sufis interemptos cum decem

Filij Aman post necem in crucem affi.

Duos dies Sufis grassantur Judæi.

Quando illorum acta convivia?

filij Aman, fuisse illos, qui scripserunt accusationem adversus habitatores Judæ & Jerusalem. 10. Ann. Christi, 33. cum invitatus, ad mensam Pharisei sedisset sine manuum ablu-tione; scandalum passus, intra se multa cogitabat stultè: quibus à Christo cognitis, illius & aliorum infelicitatem declaravit, mores illorum palam demonstrans, ut respicerent; sed contra accidit, qua de causa dixit discipulis, ut caverent à fermento illorum, quo uti hypocriti illorum imbuebantur opera, virtutis colore tincta. Castell. ex Luc. 12. à 37. At anno 31. hic dies octavus supra trigessimus ejus sacri jejuniij in monte.

11. Romæ, Sacra Equitatis, atque Veneri Felici. Plutarch. in Diebus. Equitatem arbitror Justitiam signatam in Virgine, coelesti Signo cum Libra, quasi aqua lance, quin deliret amulsis, cuncta juxta leges ponderet: qua de causa solo Jovis nonnunquam præfens. Asidet Jovi Equitas vernisa: ait Sophocl. in Oedip. in Colon. v. 897. Verum de illa sicine plura, Itagog. August. à n. 6. & Septemb. à n. 3. Innuit in pompa Ididis Apulejus, 11. Metamorph. Equitatis honorem varijs & scitis hieroglyphicis. Potentissimorum Deum ferebant insignes exuvias: lucernam præmicantem clarò lumine, & aureum cymbium (poculum in navis formam) medio sui pectore flammulam suscitans largiorum. Equitatis ostendebat indicium, deformatam manum sinistram porrecta palmula, quæ videbatur Equitati magis aptior quam dextra. Gerebat & aureum vasculum, in modum papillæ rotundatum, de quo lacte libabat. Videtis hinc Philipp. Beroald. & Pier. Valer. 35. cap. 25. sicut apud Rhodig. 7. cap. 22. discrimen inter Justum, Equum & Bonum. Equitatem Ovidius Jovis Majestatem cogitavit; ex eo quod ampliosem Jovi summa Equitas contribuat honorem; ut ex illo videbimus, 1. Maij, n. 12. Joann. Hemelar. in Aur. numism. Tabul. 35. ait: Equitatis, sive Themidis typos, fœminæ simulacrum, quæ dextrâ libram, sinistrâ perfert cornucopiam. Cunctorum abundantia obijcitur, modò Equitas observetur. Hinc ut fingit Phædr. 4. fab. 12. vel irrationalis didicit regere. Ita ergo inquit:

Ad perniciem solet agi sinceritas,
Cum se ferarum Regem fecisset leo,
A pristina deslexit consuetudine,
Atque inter illas tenui contentus cibo,
Sancta, incorrupta jura reddebat fide.

12. Themis vocatur, aliàs Metis, de qua Natal. Comes, 2. Mytholog. cap. 10. Hæc si-

Christi gesta.

Ejus jejuniij dies XXXVIII.

Sacra Equitatis.

Imagines.

Discrimen inter justum, equum & bonum.

Themidis imago.

Placedr.

Metis Dea.